

TABULA 649.

PAPAVER BRACTEATUM.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

CHAR: ESSENT: *Petalis* 4. *Stamina* plurima. *Stylus* nullus. *Stigmata* 4-20, radiantia, sessilia, super discum. *Ovarium* coronatum. *Capsula* obovata. *Dec. Syst. II.* p. 69.

PAPAVER *bracteatum*: *petalis* 5, *capsulis* glabris obovatis, *bracteis* persistentibus involucrentibus, *sepalis* pilosis, *caulibus* unifloris scabris foliosis, *foliis* pinnatifidis hispida, *lobis* oblongis serratis. *LINDLEY, Collect. Botanica, Nro. 5. t. 23.*

Habitat in 2.

Habitus et characteres ut plurimum *Papaveris orientalis*. Differt tamen caule nunquam ramoso; *foliis* concavis nec planis; *floribus* semper bracteatis; *stigmatis* radiis 16 nec 12, quod saepius in *Papaver orientale* occurrit; *dentibus* disci stigmatici patentibus nec reflexis; demum *florescentia* praecociore, et *aspectu* viridior. Variat *floribus* immaculatis et *petalis* 5; talis *varietas* quoad *petalorum* numerum delineatur.

Obs: *Papaver orientale speciosum*, Dr. *FISCHER* 1818. *Papaver orientale pulcherrimum*, 1819. et *Papaver orientale grandiflorum*, 1822. Vt. *LINDLEY l. c.*

Ramus florens naturali magnitudine.

1. *Capsula* matura.